Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 873
Quelle:
Copyright:

qui asserebant, a non ordinatis verba canonis proferentibus confici corpus christi. Init: *Post multam oblivionem* &c. et est in edit. *Paris.* 1647. p. 29. f. Epistola LXIII. 2) Collectanea evulso folio ἀκεφαλα ex *Opp. Hieronymi* et *Ambrosio de Sacramentis.* 3) Epistola ad *Leudonem* repetita. 4) Ad *Johannem* Ep. *Aurelian.* Init: *De libero viro* &c. Edit. *cit. p. 94. n.* CCXXI. 5) Ad *Clericos Eduenses.* Init: *Quoniam uniuerse uie domini* &c. *p. 95. n.* CCXXII. 6) Ad *Monachos Columbenses.* Init: *Ut uerbis dominicis utar* &c. *p. 82. n.* CXCII. 7) Ad *Pontium* Abb. *Cluniac.* Init: *De Monacho, qui in ignem cadendi* &c. Est tantum altera pars Epistolae *p. 98. n.* CCXXXI. 8) Ad *Lysiardum* Ep. *Suession.* Init: *De conjecturis aliquem reum fieri* &c. Pars altera Epistolae *p. 119. n.* CCLXXX. 9) Ad *Hugonem* Archiep. *Lugdun.* Init: *Factum est ut imperastis* &c. *p. 26. n.* LX. 10) *Incipiunt exceptiones yuonis carnotensis episcopi.* Prologus nempe in ejus Decretum. *Exceptiones ecclesiasticarum regularum partim* &c. ut edit. *cit.* P. I. p. 1. Verum nihil praeter Prologum, cui subscripsit Librarius: *Deficiunt specialia libri precedentis.* Lectio Codicis in his satis proba.

VII. *fol.* 68. *De amore huius mundi et amore dei differentia.* Initium: *Inter amorem huius mundi et amorem dei hec est differentia* &c. Habes in ἐπιτομην contractos hic *Hugonis a S. Victore* Libros IV. *de Arca Noe,* qui extant Opp. omn. edit. *supracit.* T. II. p. 298. ita, ut dissimulato Prologo Excerptor pervadat omnia usque ad L. IV. c. 8. in cujus verbis: *ibique a strepitu exteriori quasi in archa requiescit;* sistit.

VIII. *fol.* 72. p. 2. *Incipit epistola sancti policarpi martiris smyrneorum episcopi discipuli sancti Johannis euangeliste.* Incipit: *Policarpus et qui cum eo sunt Presbiteri — Congratulatus sum uobis magnifice* &c. et est antiqua Versio, prout extat in *Job. B. Cotelerii Patrib. Apostol.* T. II. edit. *Cleric.* p. 188. una cum extrema parte, quae graece non habetur.

IX. *fol.* 73. praemisso *Hieronymi de Viris illustr.* C. XVI. Epistolae B. *Ignatii* Ep. *Antioch.* et Martyris numero XII. videlicet: ad *Mariam Cassobolitam, Trallenses, Magnesianos, Tarsenses, Philippenses, Philadelphienses, Smyrnaeos, Polycarpum, Antiochenos, Hyronem* Diac. *Ephesios* et *Romanos,* atque adeo has inter Subpofititiae ad *Mariam, Tarsenses, Philippenses, Antiochenos* et *Hyronem.* Versio antiqua illa est, quam *Cotelerius* T. *cit.* p. 142. repraesentat, quaeque jam Sec. IX. *Adoni Viennensi* nota fuit.

X. *fol.* 83. *Incipit epistola alexandri magni regis macedonum ad aristotilem magistrum suum de itinere et de situ indie.* Initium: *Semper memor sum tui etiam inter dubia bellorum nostrorum karissime preceptor* &c. Paene gemella illi, quam supra *Presbyteri Johannis* indicavimus. Et tamen ineunte Sec. nostro *Andreas Paulini* veluti